

*Thomae de Aquino***Summa theologiae****III, Quaestio 83
De ritu huius sacramenti***[art. 1:] Utrum in celebratione huius sacramenti Christus immoletur*

[RESPONDEO dicendum quod] duplici ratione celebratio huius sacramenti dicitur Christi immolatio.

[1] Primo quidem quia, sicut Augustinus dicit, *Ad Simplicianum*: „Solent imagines earum rerum nominibus appellari quarum imagines sunt [...], sicut cum, intuentes tabulam aut parietem pictum, dicimus, ille Cicero est, ille Sallustius.“¹ Celebratio autem huius sacramenti, sicut supra dictum est, imago est quaedam repraesentativa passionis Christi, quae est vera immolatio. Unde Ambrosius dicit, super epistolam *ad Heb.*: „In Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius?“²

[2] Alio modo, quantum ad effectum passionis, quia scilicet per hoc sacramentum participes efficitur fructus dominicae passionis. Unde et in quadam dominicali oratione secreta dicitur: „Quoties huius hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur.“³

[1] Quantum igitur ad primum modum, poterat Christus dici immolari etiam in figuris veteris testamenti, unde et in *Apoc.* XIII [8] dicitur: „Quorum nomina non sunt scripta in libro vitae agni, qui occisus est ab origine mundi.“

[2] Sed quantum ad modum secundum, proprium est huic sacramento quod in eius celebratione Christus immoletur. [...]

¹ Augustinus, *Ad Simplicianum de diversis quaestionibus* II 3,2 (CCL 44,83,46f und 83,55f.).

² Vgl. Gratian, *Decretum* p. III: *De consecratione*, d. 2, can. 53: „In Christo semel“ (RF I, 1333). – Vgl. ursprünglich Johannes Chrysostomus, *Homiliae in epistolam ad Hebraeos* X 17 (PG 63,131). – Seit Ivo von Chartres, *Panorm.* I 144, PL 161,1077) wurde das Zitat Ambrosius zugeschrieben.

³ *Missale S. Ordinis Praedicatorum*, 284.

*Thomas von Aquin***Summe der Theologie****III, Frage 83
Die heilige Satzung und die Weise des Vollzuges***[Art. 1:] In diesem Sakrament wird Christus geopfert [...]*

[ANTWORT:] Aus zweifachem Grunde wird die Begehung dieses Sakramentes eine Hinopferung Christi genannt.

[1] Erstens weil, wie Augustinus sagt, „die Bilder mit dem Namen jener Dinge benannt zu werden pflegen, deren Bilder sie sind [...]; so sagen wir, wenn wir eine Bildtafel oder ein Wandgemälde sehen: ‚das ist Cicero‘ und ‚das ist Sallustius‘“. Die Begehung dieses Sakramentes aber ist eine abbildhafte Darstellung des Leidens Christi. Und dieses ist seine wahre Hinopferung gewesen. So wird auch die Feier dieses Sakramentes als Hinopferung Christi bezeichnet. Darum auch sagt Ambrosius in seiner *Erläuterung zum Hebräerbrief*: „In Christus ist einmal die Opfergabe dargebracht worden; sie ist vermögend, auf immer das Heil zu wirken. Was also tun wir da? Bringen wir sie nicht jeden Tag dar? Ja. Aber es geschieht zum Gedächtnis des Todes Christi“.

[2] Zweitens wird die Feier dieses Sakramentes im Hinblick auf die Frucht der Passion Christi als Hinopferung Christi bezeichnet: denn durch dieses Sakrament werden wir teilhaftig der Frucht der Passion des Herrn. Darum ist in einem sonntäglichen Opfergebet [9. Sonntag nach Pfingsten] gesagt: „Jedes Mal, wenn das Gedächtnis dieses Opfers gefeiert wird, wird das Werk unserer Erlösung gewirkt“.

[1] Im Hinblick auf die erstgenannte Weise [der Begründung] kann man sagen, Christus sei auch in den Vorbildgestalten des Alten Testaments hingeopfert worden. So heißt es in der *Geheimen Offenbarung* (13,8), das Lamm sei „geschlachtet seit Anbeginn der Welt“.

[2] Im Hinblick aber auf die zweite Weise ist es einzig diesem Sakrament eigen, daß in seinem Vollzuge Christus geopfert wird. [...]

[art. 4:] *Utrum convenienter ordinentur ea quae circa hoc sacramentum dicuntur [...]*

[Respondeo dicendum quod,] quia in hoc sacramento totum mysterium nostrae salutis comprehenditur, ideo prae ceteris sacramentis cum maiori solemnitate agitur.

Et quia scriptum est *Eccle. IV* [17], „Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini“, et *Eccli. XVIII* [23], „Ante orationem praepara animam tuam“, ideo ante celebrationem huius mysterii,

[1] primo quidem praemittitur praeparatio quaedam ad digne agenda ea quae sequuntur.

[1.1] Cuius praeparationis prima pars est laus divina, quae fit in introitu, secundum illud *Psalmi* [50 (49),23]: „Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.“ Et sumitur hoc, ut pluries, de Psalmis, vel saltem cum Psalmo cantatur, quia, ut Dionysius dicit, in III cap. *Eccles. Hier.*¹, Psalmi comprehendunt per modum laudis quidquid in sacra Scriptura continetur. –

[1.2] Secunda pars continet commemorationem praesentis miseriae, dum misericordia petitur, dicendo „Kyrie eleison“ ter pro persona patris; ter pro persona filii, cum dicitur „Christe eleison“; et ter pro persona Spiritus Sancti, cum subditur „Kyrie eleison“; contra triplicem miseriam ignorantiae, culpae et poenae; vel ad significandum quod omnes personae sunt in se invicem. –

[1.3] Tertia autem pars commemorat caelestem gloriam, ad quam tendimus post praesentem miseriam, dicendo, „Gloria in excelsis Deo“. Quae cantatur in festis, in quibus commemoratur caelestis gloria, intermittitur autem in officiis luctuosis, quae ad commemorationem miseriae pertinent. –

[1.4] Quarta autem pars continet orationem, quam sacerdos pro populo facit, ut digni habeantur tantis mysteriis.

[2] Secundo autem praemittitur instructio fidelis populi, quia hoc sacramentum est mysterium fidei [...].

[2.1] Quae quidem instructio dispositive quidem fit per doctrinam Prophetarum et Apostolorum, quae in Ecclesia legitur per lectores et subdiacones. –

¹ Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De Ecclesiastica Hierarchia* III (PG 3, 429f.; ed. Heil/Ritter 83,12-84,1).

[Art. 4:] *Die Sinnordnung der Gebete in der Feier dieses Sakramentes [...]*

[Antwort:] Weil in diesem Sakrament das ganze Geheimnis unseres Heiles einbeschlossen ist, darum wird es mit größerer Feierlichkeit vollzogen als die anderen Sakramente.

Und da geschrieben steht: „Habe acht auf dein Schreiten, wenn du eintrittst in das Haus des Herrn“ (*Koh* 4,17), und: „Vor dem Gebet bereite deine Seele“ (*Sir* 18,23) – darum geht der Feier dieses Geheimnisses

[1] zuerst eine Vorbereitung voraus, damit das Folgende würdig begangen werde.

[1.1] Dieser Vorbereitung erstes Stück ist das Lob Gottes, das im Eingangsgesang gesungen wird, gemäß dem Worte: „Das Opfer des Lobgesanges ehret mich: dies ist der Weg, auf dem ich ihm zeigen werde das Heil Gottes“ (*Psal* 50 [49],23); das Eingangsgesang ist meist dem *Buch der Psalmen* entnommen, oder es wird wenigstens nicht ohne einen Psalmvers gesungen; denn, wie Dionysius sagt: „Die Psalmen begreifen, auf die Weise des Lobgesanges, alles in sich, was die Heilige Schrift enthält.“ –

[1.2] Das zweite Stück, in welchem wir Barmherzigkeit erbiten, faßt in sich die Erinnerung an das gegenwärtige Elend. Wir sprechen das „Kyrie eleison“, dreimal für die Person des Vaters; dreimal sprechen wir „Christe eleison“, für die Person des Sohnes; dreimal fügen wir, für die Person des Heiligen Geistes, „Kyrie eleison“ hinzu. Wir tun dies auch wider das dreifache Elend der Unwissenheit, der Schuld und der Strafe; und auch zum Zeichen dessen, daß alle [drei] Personen wechselseitig ineinander sind. –

[1.3] Das dritte Stück ruft uns die himmlische Herrlichkeit in den Sinn, zu der wir hinstreben nach diesem gegenwärtigen Leben und Elend; wir sprechen das „Ehre sei Gott in der Höhe“. Es wird gesungen an solchen Festtagen, an denen wir der himmlischen Herrlichkeit gedenken; es fällt weg in Trauergottesdiensten, die auf das Gedächtnis des Elendes bezogen sind. –

[1.4] Das vierte Stück [der Vorbereitung] ist das Gebet des Priesters für das Volk, auf daß es solch großer Geheimnisse würdig sei.

[2] An zweiter Stelle wird eine Unterweisung des gläubigen Volkes vorausgesandt; denn dieses Sakrament ist ein Geheimnis des Glaubens [...].

[2.1] Diese Unterweisung geschieht in der Bereitung durch die Lehre der Propheten und Apostel, die in der Kirche von Lektor und Subdiakon verlesen wird. –

Post quam lectionem, cantatur a choro graduale, quod significat profectum vitae; et alleluia, quod significat spiritualem exultationem; vel tractus, in officiis luctuosus, qui significat spiritualem gemitum. Haec enim consequi debent in populo ex praedicta doctrina. –

[2.2] Perfecte autem populus instruitur per doctrinam Christi in Evangelio contentam, quae a summis ministris legitur, scilicet a diaconibus.

[2.3] Et quia Christo credimus tanquam divinae veritati [...], symbolum fidei cantatur, in quo populus ostendit se per fidem doctrinae Christi assentire. Cantatur autem hoc symbolum in festis de quibus fit aliqua mentio in hoc symbolo, sicut in festis Christi et Beatae Virginis, et Apostolorum, qui hanc fidem fundaverunt, et in aliis huiusmodi.

[3] Sic igitur populo praeparato et instructo, acceditur ad celebrationem mysterii. Quod quidem et offertur ut sacrificium, et consecratur et sumitur ut sacramentum,

[3.1] primo enim peragitur oblatio;

[3.2] secundo, consecratio materiae oblatae;

[3.3] tertio, perceptio eiusdem.

Circa oblationem vero duo aguntur, scilicet

[3.1.1] laus populi, in cantu offertorii, per quod significatur laetitia offerentium;

[3.1.2] et oratio sacerdotis, qui petit ut oblatio populi sit Deo accepta. Unde, I *Paralip.* [29,17], dixit David: „Ego in simplicitate cordis mei obtuli universa haec, et populum tuum qui hic reperi est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria“, et postea [v. 18] orat, dicens, „Domine Deus, custodi hanc voluntatem.“

[3.2] Deinde, circa consecrationem, quae supernaturali virtute agitur,

[3.2.1] primo excitatur populus ad devotionem in praefatione, unde et monetur „sursum corda habere ad Dominum“. Et ideo, finita praefatione, populus cum devotione laudat divinitatem Christi cum Angelis, dicens, „Sanctus, Sanctus, Sanctus“; et humanitatem cum pueris, dicens, „Benedictus qui venit“. –

[3.2.2] Deinde sacerdos secreto commemorat,

Nach dieser Lesung wird von allen der Stufengesang [Graduale] gesungen, welcher den Aufstieg des Lebens bezeichnet, und das Alleluja, wodurch das Jauchzen des Geistes bedeutet ist; oder – im Trauergottesdienst – der Traktus, der das Seufzen des Geistes ausdrückt. Diese [drei] Dinge nämlich müssen im Volke die Frucht jener Unterweisung sein. –

[2.2] In vollkommener Weise aber wird das Volk unterrichtet durch die Lehre Christi, die enthalten ist im Evangelium. Sie wird von den obersten Dienern [am Altare], den Diakonen, vorgelesen.

[2.3] Und weil wir Christus glauben, als der göttlichen Wahrheit selbst [...], darum wird nach der Lesung des Evangeliums das Glaubensbekenntnis gesungen, durch welches das Volk kundtut, daß es jener Lehre zustimmt kraft des Glaubens an Christus. Es wird aber dieses Glaubensbekenntnis gesungen an den Festtagen, deren darin irgendwie Erwähnung geschieht; so an den Festen Christi und der seligen Jungfrau und der Apostel, die diesen Glauben begründet haben, sowie an anderen Festen solcher Art.

[3] Nachdem auf diese Weise das Volk bereitet und unterwiesen worden ist, tritt man folgerecht hinzu zur Feier des Geheimnisses. Dieses wird sowohl, als Opfer, dargebracht, wie auch, als Sakrament, konsekriert und genossen.

[3.1] Darum wird zuerst die Opferung vollzogen,

[3.2] danach werden die dargebrachten Gaben verwandelt,

[3.3] endlich werden die verwandelten Gaben genossen. –

Zur Opferung geschieht ein Zweifaches;

[3.1.1] im Opferungsliede singt das Volk das Lob [Gottes], wodurch die Freude der Opfernden bedeutet wird,

[3.1.2] und der Priester bittet in einem Gebet, die Opfergabe des Volkes möge von Gott angenommen werden. So hat auch David gesagt: „In der Einfachheit meines Herzens bringe ich in Freude dieses alles dir dar; und ich sehe, wie dieses dein Volk dir mit gewaltiger Freude seine Gaben opfert“; und er fügt hinzu: „Herr und Gott, bewahre diese Gewilltheit ihres Herzens“ (1 *Chr* 29,17f). –

[3.2] Was die Wandlung betrifft, welche durch übernatürliche Kraft geschieht,

[3.2.1] so wird im Hochgebet zuerst das Volk aufgerufen zur Andacht, weswegen es auch ermahnt wird, die Herzen zum Herrn zu erheben; so lobt das Volk nach dem Hochgebet, singend mit den Engeln „Heilig, heilig, heilig“, die Gottheit Christi, und seine Menschheit, rufend mit den Kindern: „Gelobt sei, der da kommt im Namen des Herrn“. –

[3.2.2] Danach gedenkt der Priester still derer, für welche dieses Opfer dargebracht wird,

[3.2.2.1] primo quidem, illos pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet pro universali Ecclesia, et pro his qui "in sublimitate sunt constituti", I *Tim.* II [2]; et specialiter quosdam "qui offerunt vel pro quibus offertur". –

[3.2.2.2] Secundo, commemorat sanctos, quorum patrocinia implorat pro praedictis, cum dicit, "Communicantes et memoriam venerantes", et cetera. –

[3.2.2.3] Tertio, petitionem concludit, cum dicit, "Hanc igitur oblationem" etc. ut fiat oblatio pro quibus offertur salutaris.

[3.2.3] Deinde accedit ad ipsam consecrationem.

[3.2.3.1] In qua primo petit consecrationis effectum, cum dicit, "Quam oblationem tu Deus". –

[3.2.3.2] Secundo, consecrationem peragit per verba salvatoris, cum dicit, "Qui pridie", et cetera. –

[3.2.3.3] Tertio, excusat praesumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cum dicit, "Unde et memores". –

[3.2.3.4] Quarto, petit hoc sacrificium peractum esse Deo acceptum, cum dicit, "Supra quae propizio", et cetera. –

[3.2.3.5] Quinto, petit huius sacrificii et sacramenti effectum,

[3.2.3.5.1] primo quidem, quantum ad ipsos sumentes, cum dicit, "Supplices te rogamus";

[3.2.3.5.2] secundo, quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cum dicit, "Memento etiam, Domine", etc.;

[3.2.3.5.3] tertio, specialiter quantum ad ipsos sacerdotes offerentes, cum dicit, "Nobis quoque peccatoribus" et cetera.

[3.3] Deinde agitur de perceptione sacramenti.

[3.3.1] Et primo quidem, praeparatur populus ad percipiendum.

[3.3.1.1] Primo quidem, per orationem communem totius populi, quae est oratio dominica, in qua petimus "panem nostrum quotidianum nobis dari"; et etiam privatam, quam specialiter sacerdos pro populo offert, cum dicit, "Libera nos, quaesumus, Domine". –

[3.3.1.2] Secundo, praeparatur populus per pacem, quae datur dicendo, "Agnus Dei", est enim hoc sacramentum unitatis et pacis [...]. In Missis autem defunctorum, in quibus hoc sacrificium offertur non pro pace praesenti, sed pro requie mortuorum, pax intermittitur.

[3.2.2.1] nämlich für die ganze Kirche und für die, „welche oben stehen“ (1 *Tim* 2,2);

[3.2.2.2] er gedenkt ferner im besonderen derer, die dieses Opfer darbringen und für die es dargebracht wird. –

[3.2.2.3] Dann gedenkt der Priester der Heiligen, deren Schutzherrschaft er für die zuvor Genannten erlebt, indem er spricht: „Kraft heiliger Verbundenheit ehren wir das Gedächtnis ...“. –

[3.2.2.4] Endlich beschließt er die Bitte, indem er betet, dieses Opfer möge denen zum Heile sein, für die es dargebracht wird.

[3.2.3] Darauf tritt er zur Verwandlung selbst hinzu.

[3.2.3.1] Zuerst bittet er darum, daß die Verwandlung wirksam sein möge: „Laß, o Gott, diese Opfergabe in allem gesegnet sein ...“.

[3.2.3.2] Dann vollzieht der Priester die Verwandlung durch die Worte des Erlösers, indem er spricht: „Er nahm am Vorabend seiner Passion Brot in seine heiligen Hände ...“.

[3.2.3.3] Drittens entschuldigt er seine Vermessenheit durch die Gehorsamspflicht gegen den Auftrag Christi, indem er betet: „Darum, Herr, gedenken wir deines Sohnes, unseres Herrn ...“.

[3.2.3.4] Viertens bittet der Priester darum, dieses nun vollzogene Opfer möge von Gott angenommen sein, in dem Gebet: „Blicke mit huldvollem und gnädigem Antlitz auf dieses herab ...“.

[3.2.3.5] Fünftens erbittet er die Frucht dieses Opfers und Sakramentes; und zwar

[3.2.3.5.1] zuerst für die, welche es empfangen, in dem Gebet: „In Demut bitten wir dich ...“;

[3.2.3.5.2] danach für die Verstorbenen, die es nicht mehr empfangen können, in dem Gebet: „Gedenke auch, Herr, deiner Diener ...“;

[3.2.3.5.3] endlich im besonderen für die darbringenden Priester selbst, in dem Gebet: „Auch uns, deinen sündigen Knechten ...“.

[3.3] Der darauffolgende Teil ist auf den Empfang des Sakramentes bezogen.

[3.3.1] Zuerst wird das Volk bereitet, es zu empfangen,

[3.3.1.1] und zwar zunächst durch das gemeinsame Gebet des ganzen Volkes, das Gebet des Herrn, in welchem wir bitten, daß uns das tägliche Brot gegeben werde; dann aber auch durch ein besonderes Gebet, das der Priester allein für das Volk darbringt: „Erlöse uns, Herr, von allen Übeln ...“.

[3.3.1.2] Zweitens wird das Volk vorbereitet durch den Friedenskuß, der nach dem Agnus Dei gegeben wird; denn dieses Sakrament ist das Sakrament der Einheit und des Friedens [...]. In den Totenmessen, in denen das Opfer nicht für den Frieden dieser Zeit, sondern für die Ruhe der Verstorbenen dargebracht wird, fällt der Friedenskuß fort.

[3.3.2] Deinde sequitur perceptio sacramenti,
 [3.3.2.1] primo percipiente sacerdote, et
 [3.3.2.2] postmodum aliis dante; quia, ut dicit Dionysius, III
 cap. *Eccles. Hier.*¹, qui aliis divina tradit, primo debet ipse parti-
 iceps esse.

[4] Ultimo autem tota Missae celebratio in gratiarum actione
 terminatur, populo exultante pro sumptione mysterii, quod
 significat cantus post communionem; et sacerdote per orationem
 gratias offerente, sicut et Christus, celebrata cena cum discipulis,
 „hymnum dixit“, ut dicitur *Matth.* XXVI [30].

[Ad primum ergo dicendum quod] consecratio solis verbis Chri-
 sti conficitur. Alia vero necesse fuit addere ad praeparationem
 populi summentis. [...]

[Ad tertium dicendum quod] Eucharistia est sacramentum totius
 ecclesiasticae unitatis. Et ideo specialiter in hoc sacramento,
 magis quam in aliis, debet fieri mentio de omnibus quae perti-
 nent ad salutem totius Ecclesiae. [...]

[Ad sextum dicendum quod] in hoc sacramento, sicut dictum
 est, tanguntur ea quae pertinent ad totam Ecclesiam.

[1] Et ideo quaedam dicuntur a choro, quae pertinent ad po-
 pulum.

[1.1] Quorum quaedam chorus totaliter prosequitur, quae
 scilicet toti populo inspirantur. –

[1.2] Quaedam vero populus prosequitur, sacerdote inchoante,
 qui personam Dei gerit, in signum quod talia pervenerunt ad popu-
 lum ex revelatione divina, sicut fides et gloria caelestis. Et ideo sa-
 cerdos inchoat symbolum fidei et „Gloria in excelsis Deo“. –

[1.3] Quaedam vero dicuntur per ministros, sicut doctrina
 novi et veteris testamenti, in signum quod per ministros a Deo
 missos est haec doctrina populis nuntiata.

[2] Quaedam vero sacerdos solus prosequitur, quae scilicet
 ad proprium officium sacerdotis pertinent, „ut“ scilicet „dona et
 preces offerat pro populo“, sicut dicitur *Heb.* V [1].

¹ Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De Ecclesiastica Hierarchia* III (PG 3,445;
 ed. Heil/Ritter, 93,25-94,3).

[3.3.2] Danach folgt der Empfang des Sakramentes;
 [3.3.2.1] zuerst empfängt es der Priester,
 [3.3.2.2] darauf spendet er es den andern; wie Dionysius
 sagt, „muß der, welcher den anderen das Göttliche darreicht,
 zuerst selbst daran teilhaben.“

[4] Zuletzt wird die ganze Feier der Messe beschlossen in der
 Danksagung. Das Volk singt Dank für den Empfang des Ge-
 heimnisses; das ist der Sinn des Liedes nach der Kommunion.
 Und der Priester bringt seinen Dank dar durch ein Gebet. Auch
 Christus hat ja, nachdem er mit seinen Jüngern das Abendmahl
 gefeiert hatte, einen Lobgesang gebetet (*Mt* 26,30).

[Zum 1. Einwand:] Die Konsekration wird einzig durch die
 Worte Christi vollzogen. Es ist aber notwendig, das übrige hin-
 zuzufügen zur Bereitung des Volkes, das dieses Sakrament
 empfängt. [...]

[Zum 3. Einwand:] Das Herrenmahl ist das Sakrament der Einheit
 der ganzen Kirche. Und darum muß gerade in diesem Sakrament,
 mehr als in den anderen, alles dessen Erwähnung getan werden,
 was auf das Heil der ganzen Kirche Bezug hat. [...]

[Zum 6. Einwand:] In diesem Sakrament geht es, wie schon gesagt
 wurde, um das, was auf die ganze Kirche sich bezieht.

[1] Und darum wird einiges von allen gesprochen, nämlich
 das, was auf das Volk bezogen ist.

[1.1] Davon wird einiges ganz und gar von allen gesprochen,
 nämlich das, was dem ganzen Volke in den Mund gelegt ist.

[1.2] Einiges dagegen spricht das Volk zu Ende, während der
 Priester, der die Stelle Gottes vertritt, den Anfang spricht; das
 geschieht zum Zeichen dessen, daß dieses dem Volke aus gött-
 licher Offenbarung zugekommen sei, wie etwa der Glaube und
 die himmlische Herrlichkeit; darum spricht der Priester den An-
 fang des Glaubensbekenntnisses und des „Ehre sei Gott in der
 Höhe“ [Gloria].

[1.3] Einiges aber wird von den Dienern des Altares [Diakon
 und Subdiakon] gesprochen, so die Lehre des Alten und Neuen
 Testamentes, zum Zeichen dessen, daß diese Lehre den Völkern
 verkündigt worden ist durch gesendete Diener Gottes.

[2] Einiges spricht der Priester allein, nämlich das, was zu sei-
 nem eigentümlichen Amt als Priester gehört, daß er nämlich „Ga-
 ben und Gebete darbringe für das Volk“ (*Hebr* 5,1).

[2.1] In his tamen quaedam dicit publice, quae scilicet pertinent et ad sacerdotem et ad populum, sicut sunt orationes communes.

[2.2] Quaedam vero pertinent ad solum sacerdotem, sicut oblatio et consecratio. Et ideo quae circa haec sunt dicenda occulte a sacerdote dicuntur. –

In utrisque tamen excitat attentionem populi, dicendo, „Dominus vobiscum“; et expectat assensum dicentium, „Amen“. Et ideo in his quae secreto dicuntur, publice praemittit, „Dominus vobiscum“, et subiungit, „per omnia saecula saeculorum“. [...]

[art. 5:] *Utrum ea quae in celebratione huius sacramenti aguntur, sint convenientia [...]*

[Respondeo dicendum quod] [...] in sacramentis aliquid dupliciter significatur, scilicet verbis et factis, ad hoc quod sit perfectior significatio.

[1] Significantur autem verbis in celebratione huius sacramenti quaedam pertinentia ad passionem Christi, quae repraesentatur in hoc sacramento; vel etiam ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento; et quaedam pertinentia ad usum sacramenti, qui debet esse cum devotione et reverentia.

[2] Et ideo in celebratione huius mysterii quaedam aguntur ad repraesentandum passionem Christi; vel etiam dispositionem corporis mystici; et quaedam aguntur pertinentia ad devotionem et reverentiam usus huius sacramenti. [...]

[Ad tertium] [...] Potest autem brevius dici quod consecratio huius sacramenti, et acceptio sacrificii, et fructus eius, procedit ex virtute crucis Christi. Et ideo, ubicumque fit mentio de aliquo horum, sacerdos cruce signatione utitur. [...]

[Ad quintum dicendum quod] ea quae sacerdos in Missa facit, [...] fiunt enim ad aliquid repraesentandum. Quod enim sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorum Christi in cruce.

[2.1] Gleichwohl spricht er einiges davon laut und öffentlich, nämlich das, was sowohl auf den Priester wie auf das Volk sich bezieht, etwa die allgemeinen Bittgebete;

[2.2] anderes dagegen betrifft den Priester allein, wie die Opferung und Verwandlung; und so wird, was hierbei zu sprechen ist, vom Priester leise gesprochen.

Beide Male jedoch ruft er die Aufmerksamkeit des Volkes auf, indem er sagt: „Der Herr sei mit euch“, und er erwartet die Zustimmung des Volkes, das „Amen“ spricht; darum auch läßt er dem, was leise gesprochen wird, laut das „Der Herr sei mit euch“ voraufgehen und fügt laut zum Schlusse an: „Von Ewigkeit zu Ewigkeit“. [...]

[Art. 5:] *Der Sinn der Handlungen in der Feier dieses Sakramentes [...]*

[Antwort:] [...] In den Sakramenten geschieht, damit die Verbildlichung vollkommen sei, die zeichenhafte Darstellung auf zweifache Weise: durch Worte und durch Tun.

[1] Durch Worte aber wird im Vollzug dieses Sakramentes bedeutet, was auf die Passion Christi Bezug hat, die in diesem Sakrament dargestellt wird, und auch auf seinen mystischen Leib, der in diesem Sakrament versinnbildet ist; desgleichen was auf Spendung und Empfang dieses Sakramentes sich bezieht, die in Andacht und Ehrfurcht geschehen müssen.

[2] So auch wird in der Feier dieses Sakramentes gleichermaßen durch Tun zeichenhaft bedeutet die Passion Christi und auch die Ordnung seines mystischen Leibes; anderes Tun wiederum ist bezogen auf die Andacht und die Ehrfurcht vor diesem Sakrament. [...]

[Zum 3. Einwand:] [...] Die Konsekration dieses Sakramentes und die Annahme dieses Opfers sowie dessen Frucht wachsen hervor aus der Kraft des Kreuzes Christi. Und darum macht der Priester jedesmal das Zeichen des Kreuzes, wenn eines von diesen drei Dingen erwähnt wird. [...]

[Zum 5. Einwand:] Die Handlungen des Priesters in der Messe [...] geschehen, damit durch sie etwas zeichenhaft bedeutet sei. Wenn der Priester nach der Wandlung die Arme ausbreitet, so stellt er damit zeichenhaft dar, wie Christus am Kreuze die Arme ausgebreitet hat.

Levat etiam manus orando, ad designandum quod oratio eius pro populo dirigitur ad Deum, secundum illud *Thren.* III [41]: „Levemus corda nostra cum manibus ad Deum in caelum.“ Et *Exod.* XVII [11] dicitur quod, „cum levaret Moyses manus, vincebat Israel“.

Quod autem manus interdum iungit, et inclinat se, suppliciter et humiliter orans, designat humilitatem et obedientiam Christi, ex qua passus est.

Digitos autem iungit post consecrationem, scilicet pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, ut, si qua particula digitis adhaeserat, non dispergatur. Quod pertinet ad reverentiam sacramenti. [...]

(Lateinischer Text: corpusthomicum.org)

Wenn er betet, erhebt er die Hände, um zeichenhaft darzustellen, daß sein Gebet für das Volk hingeleitet werde zu Gott, gemäß dem Worte: „Laßt uns die Herzen mit unseren Händen zum Himmel erheben, zum Herrn“ (*Klg* 3,41); und im Buche *Exodus* (17,11) ist gesagt, daß „Israel siegte, solange Moses die Hände emporhob“.

Wenn der Priester aber zuweilen die Hände zusammenfügt und sich verneigt, so ist das die Haltung eines Menschen, der voller Demut betet; es ist darin zeichenhaft bedeutet die Demut und der Gehorsam Christi, in deren Kraft er das Leiden auf sich genommen hat.

Nach der Wandlung aber legt der Priester Daumen und Zeigefinger, mit denen er den verwandelten Leib Christi berührt hat, aneinander, damit nicht etwa ein Teilchen, das an den Fingern haften blieb, verstreut werde; das hat Bezug auf die Ehrfurcht vor diesem Sakrament. [...]

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)